Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38126
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



130

quia sine me nihil potestis facere. Qua uis igitur
fructus oriatur in palmite aduertere tam deportandus est.
ex cuius radice palmis cum fructu processit. Et ideo
quicquid iusta in bonis operib: fructificant totum est
referendum ad xpm in cuius fructibus inconparabilis
dulcedo sentitur. Illi tamen sci quip gutturis
speciem ruminare quae gustauerint. id. est meditare
quae xpi sunt consueuerunt. ipsi alia nimia dulci
dine eius fructu percipiunt. XXXUIII.
Introduxit me in cellam uinariam ordinauit in me caritatem.
Ascensurus in caelis dnis p cepit apostolis ut ab hierosolimis
non discederent dicens ad eos. gaudete. quia uici mun
dum et uado ad patrem. Uos uero sedete in ciuitate quo
adusq: induamini uirtute ab alto. Et sicut in actibus
apostolorum scriptum est. Tunc reuersi sunt in hierosolima
ad montem qui uocatur oliueti. qui est iuxta hierusalem.
Sabbata habens iter. et cum introissent et cenaculum
ascenderunt ubi manebat petrus et iohannes.
Et post paucahiiomines erant unianimiter congregata
cum mulieribus et maria matre ihu et fratrib: eius.
Erat autem turba hominum fere centum uiginta in hoc loco
constituta supueniente spu sco repleti sunt.
Et cum coepissent loqui uariis linguis. musto pleni apo
pulo putabantur. Tunc itaq: ecclesia in cellam uinariam
introducitur. quando haec aptica congregatio in